

pelliam in contumaciam capitaliter condemnati, quem defendi ab imputatione dilationis Pistollæ, in qua dilatione discordabant testes in tempore, & de vno tempore stabat querela de alio testes, & de alio interrogabat iudex; cni adde in proposito temporis Felin. in capit. ex parte, el 1. coll.

nihilominus accusatus est absolvens. Et hanc decisio. Bartol. dicit esse communem August. ad Angel. de malefic. in verbo, De anno presentis,

mibi 14. uersicul. restringe, 2. de rescrip. hic in materia, quod licitè quid fieri potuisset, uel non, & ad remouendam culpam adde Crauet. consil. 131. sub numer. 19. dixi supra ad quæstion. 55. uersicul. fortè postet, reedè per Alexand. consil. 115. uolum. quart. numer. 15. Drogh.

QVÆSTIO LVII.

Quid si reus ostendat se pro eodem crimine alias fuisse absolutam, vel punitum.

SVMARIA. Ex Claro.

- 1 Vbi reus aliàs de eodem crimine absolutus fuerit, aut condemnatus, non potest contra eum amplius procedi.
2 Et quid si fuit absolutus, non quia crimen non commiserit, sed quia non fuerit probatum.
3 Et in dubio quia ex causa presumatur absolutus.
4 Et an ille, qui propriam accusationem ignorauit, possit, non obstante absoluteione superinde sequuta, iterum accusari.
5 Et quid si primus accusator prauaricatus fuit.
6 Et quid si fuit absolutus virtute transactiõnis in iudicio cum accusatore, remissiuè.
7 Et quid si processum fuit per inquisitionem.
8 Et quid de iure canonico.
9 Et quid si sit sequuta absoluteio per viam dispensationis.
10 Et quid si quis fuerit absolutus in foro penitentiali.
11 Et quid si sit absolutus in foro ecclesiastico de crimine, pro quo possit etiam procedere iudex laicus.
12 Punitas de aliquo crimine an possit iterum accusari.
13 Et quid si iudex sint sub diuersis presidibus.
14 Et quid si quis fuerit punitus a iudice ecclesiastico, & crimen sit commune.
15 Et quid si crimen sit valde atro.

Ex Additionibus

- 1 Absolutus, an, & quando pro eadem causa possit molestari.
2 Absoluteio delinquentis an prosit mandanti.
3 Acta facta inter accusatorem, & accusatum non egrediuntur illorum personas.
4 Sententia criminalis non transit in rem iudicatam quo ad procuratorem fiscalem.
5 Iul. Clar. à Bertaz. impugnatur.

ADDITIONES. Ad Quæst. LVII.

Alia est etiam defensio.] Exceptio, quod alias fuit de eodem crimine in iudicio inquisitus, vel condemnatus, aut absolutus, Farin. tit. de inquisit. quæst. 1. vol. 1. Ros. Alia est defensio.] Adde de videndum Roma. in consil. 213. præsupposito pro vero Felin. in d. cap. de his, de accusatione, ubi ponit tresdecim limitationes, & Maran in Specul. in 6 & ult. parte, in rubr. de inquis. in 4. quæst. princ. num. 44. ubi dicit, hanc regulam procedere, quando esset ab obseruatione iudicij, quia tunc possit iterum inquiri, & accusari: sed vide omnino dominum Farinca. in quæstio. 4. per totam, ubi more suo multum latè hanc quæstionem tractauit, &

QVÆST. LVII.

Alia est etiam defensio, quæ reus in iudicio cri-

- 6 Crimen semel in iudicium deductum quando possit iterum deduci.
7 Relaxatus simpliciter à carceribus causa cognita, sine alia sententia, an possit iterum molestari.
8 Ignorantia, vel scientia accusare volentis quomodo probetur, remissiuè.
9 Et an per iuramentum, remissiuè.
10 Præuaricatio quomodo probetur, remissiuè.
11 Absolutus in iudicio inquisitionis, an, & quando possit molestari per viam accusationis.
12 Relaxatus sub cautione de representando quando possit inquietari.
13 Et quid in absoluto per presumptionem.
14 Et quid in absoluto per baptismum.
15 Confessio delicti, si de facto fuerit absolutus, an vigore illius confessionis possit iterum molestari.
16 Absoluteio facta per officialem ex abrupto, non facta in inquisitione solemniter, nec dato termino, sed solè ex amicitia restibus pro in formatione curiæ, non valet.
17 Absoluteio facta per officialem in fine officij, non ritè procedendo, non præiudicat parti, aut Resp. nec successori.
18 Clericus adulter potest per Episcopum puniri, non obstante compositione pecuniaria facta per eius Vicarium.
19 Gratuitus in loco delicti an possit molestari in loco domicilij.
20 Absolutus a loco delicti non dicitur absolutus a loco originis.
21 Condemnatus debet potest adhuc torqueri quo ad complices.
22 Condemnatus pro vulnere quando possit condemnari de morte.
23 Absolutus, vel condemnatus quando possit ratione additæ qualitatis iterum molestari. Et quid si penam soluit. Transactio super criminibus publicis in committendo consistens est prohibita.
24 Fiscus potest appellare à minoritate panæ.
25 Condemnatus in duobus locis pro eodem delicto in contumaciam, ad utramque condemnationem tenetur.
26 Collusio quomodo probetur.
27 Condemnatus in vno loco an possit molestari in alio.
28 Farinac. impugnatur.

plene etiam habetur per Decian. in suo tract. crimin. tomo 1. lib. 3. cap. 30. Item adde absoluteio delinquentis non prodest mandanti, vel ratum habenti, si absolutus, quia non fuit culpabilis; secus propter delictum non commissum: nam licet res inter alios acta non prosit alteri, illud procedit, quando iura diuersarum personarum sunt diuisa, & separata; secus quando omnia est eadem causa defensionis, & ex eodem facto ambobus originem, ita Franc. in cap. rathabitionem. numer. 6. de reg. iur. in 6. & ibi dicit, quod formata inquisitione contra duos, ut contra Titium, quia occidit, & contra Seium, quia mandauit, & contra utrumque est probatum; sed Titius probauit, quod fecit ad sui defensionem, & Seius nihil probauit, probatio Titij non prodest Seio, ut absolutus

tur, quia bona fides faciendis, non excusat malitiam mandantis; si verò Titius probauit, se fuisse absentem à loco maleficij, tunc si iudex illos testes examinauerit pro veritate vtriusque inquisitionis committere contra vtrumque formatæ, quod potuit, & tunc per illas probationes per quas absoluit Titius absoluetur Seius: sed si iudex recipit illas probationes ad specialem defensionem Titij, tunc Titius absoluetur: & talis probatio non proderit Seio, requiruntur tamen tunc clariores probationes contra Seium de suo mandato propter præsumptionem surgentem ex absoluteione Titij, sed si ageretur per viam accusationis, tunc prædicta distinctio locum non haberet, cum acta facta inter accusatorem, & accusatum (quantumcunque generalia) non egrediuntur ipsorum personas, ita Bartol. in d. denunciasse, §. queritur. ff. de adult. & in Ladulter. §. eo tempore, ff. eodem. Baiard.

Aut etiam condemnatus, adde supra quæst. 16. vers. An autem. Valet tamen statutum, quod reuideantur processus, & acta, non obstantibus absoluteioijs, Marfil. rubr. de fideiuss. num. 9. & num. 212. & petitur reuicuo modo, quo infra q. 78. versic. Quæro in fine, infra quæstio. 62. versiculo forma autem. Drogh.

In prima regula.] Rota Luc. in nouiss. decisio. ne 20. Ross. Et hæc quidem.] Adde, quod sententia criminalis non transit in rem iudicatam, quo ad procuratorem fiscalem, ita refert iudicium Rebuff. in proemio consil. in gl. 8. n. 118. lib. 1.

Item adde, quod D. Clarus circa istam distinctionem, si reus fuerit absolutus, quia constitit ipsi non deliquisse, quod non poterit amplius molestari, secus autem si fuisse absolutus, eo quia probatum non fuisse delictum contra eum, reprobatur per Bertazzolum in consilio 396. numero quarto sequenti, ubi tenet, quod non poterit molestari, etiã

aut etiã condemnatus: nam eo casu non potest ulterius contra eum procedi, & ita tenent communiter Doctores, ut dicit Praef. Conradi, fol. 227. num. 11. Pro intelligentia autem huius materia faciendæ est in primis conclusio, quod de his criminibus, de quibus semel quis fuit absolutus, non potest accusatio replicari, text. est in c. de us, de accusat. & in l. si cui, §. iisdem, ff. de accusat. & ita dicunt communiter omnes Doctores, ut attestatur Ang. de malefic. in verbo, Et ad querelam, nu. 90. Nau de eiusdem hominis delicto sepius querendum non est, & ita in facti contingentia consuluit Mantua consil. 251. lib. 1. & Io. de Amicis consil. 37. in 1. regula.

Et hæc quidem conclusio de plano procedit, quando quis est absolutus, eo quia non commisit crimen: nam eo casu proculdubio illi competit huiusmodi exceptio rei iudicatæ. Et dicit Foller. in pract. crimin. canon. fol. 302. num. 3. quod hæc est vera conclusio ab omnibus approbata secundum Cano. Et hoc non solum si primum iudicium fuerit criminaliter intentatum, sed etiam si fuerit intentatum civiliter: adhuc enim si reus fuerit absolutus, eo quia crimen commissum non fuerit, non potest amplius criminaliter accusari. Ita dicit Cyn. in l. vnica, in 3. quæst. C. quando civil. actio. crim. præiud. quem sequuntur communiter Doctores, ut dicit Socin. in l. qui agnatis, post numerum 3. ff. de except. & est communis opin. ut ait Bos. in tit. de sentent. num. 77. Sed si esset absolutus eo quia probatum non fuisset, tunc utique possit iterum accusari.

Sed hic quæro, an in dubio censetur quis absolutus, eo quia crimen non commiserit, an autem, quia probatum non fuerit. Resp. quod in dubio sententia absolutoria in causa criminali censetur lata ex eo, quod non fuerit probatum: & ita communiter tenetur, ut dicit August. ad Ang. de malef. in verbo, Et ad querelam, post num. 88. versic. An autem, ubi etiam Hieronym. in Apostil. attestatur hanc esse communem opinionem. Villapan. super l. 22. cap. 50. num. 5. in fin. Scias tamen, quod in hoc Ducatu, hæc opin. non seruatur: nam ut dixi infra q. 62. vers. forma autem, stylus est, quod quando quis absoluitur, eo quia crimen non commisit, seruatur sententia absolutoria simpliciter, & diffinitiuè, ubi vero absoluitur, quia non probatum, semper apponitur clausula, Stantibus rebus, prout stant: & hoc secundo casu quando cumque superueniant noua indicia, semper proceditur: sed quando est simplex absolutoria, non potest amplius procedi, ut ibi dixi.

Sed pone, quod aliquis priam accusationem ignorauerit, numquid ipse non obstante absoluteione poterit accusare? Resp. quod sic, si suam, vel suorum iniuriam persequatur, text. in d. S. iisdem, & ita tenet gloss. vnica, in d. c. de ijs, quam dicit esse communiter receptam, Didac. libro 2. resolut. c. 10. post nu. 1. versic. Tertio admittenda. Probaturque hoc casu ignorantia per proximam iuramentum ipsius accusare volentis, ut dicit gloss. in S. iisdem, in verbo, Deceatque, quam Doctores sequuntur, ut ait Didac. in loco præallegato, nisi aliter in contrarium de scientia appareret. Et ita hodie seruari attestatur Anton. Gomez. libr. 1. delict. cap. 1. num. 26. in fine. Debet etiam hoc casu esse, & probabilis, & verisimilis ignorantia, & etiam oportet, quod subsit aliqua magna causa ad hoc, ut amplius procedi possit, ut aperte dicit text. in d. S. iisdem, ubi magna ex causa. Et ideo cum semel hic casus de facto contigisset, ego dicebam non esse audiendos huiusmodi de nouo accusare volentes, nisi in criminibus magnis, & atrocioribus, & nisi præstita fideiussione de omnibus impensis, & damnis in casu, quo delictum non probarent, quia non videbatur posse dici subesse magna causa, ubi non esset gravis etiam qualitas ipsius criminis.

quod fuisset absolutus ob non probatum delictum, & ibi multos accumulauit idem tenentes, dicens, quod Butr. in d. cap. de his: hos duos casus parificat, si non fuit probatum, vel constitit de innocentia, nisi ad sit clausula, rebus sic stantibus, vel alia similis, & ita etiam obseruat Senatus Mediol. ut in vers. seq. Do. Clatus attestatur, & quomodo probetur innocentia, fuit latè Mascari. de probatio. conclus. 904. vol. 2. Baiard.

Crimen commissum non fuerit.] Adde hic tamen, quod moderni iudices nunquam, vel saltem raro, sic diffinitiuè absolunt, sed rebus stantibus, infra quæst. 62. versic. forma autem: & hoc, ut iterum possint molestare relaxatos, ut dixit Alciatus relatus per me in dict. versiculo forma autem. Vide eundem Bossum in titul. de carcer. fideiuss. dom. mitt. numero 19. & in præctica vide Boerium decisionem 163. name. 15. cum seq. Drogh.

Sed hic quæro.] Adde Couar. variar. resolut. libro secundo, cap. it. decimo, ubi latissimè tractat hanc quæstionem, quædo crimen semel in iudicium deductum possit iterum in iudicio tractari, & de hoc casu vide etiam Bos. de sentent. numero sexagesimo quarto, an simpliciter relaxatus à carceribus causa cognita sine sententia, ex eadè causa iterum molestari possit, tractauit Paul. Ghirland. in rubr. de absoluteione innocentis, versic. secundo quæro solutionem. Baiard.

Trobariturque.] Adde, quomodo probetur ignorantia, & è contra; qualiter accusatus probabit sententiam illius

Alius qui vult eum accusare de nouo. Soc. in d. cap. de his, num. 47. de accusat. & an ignorantia probetur per iuramentum, & quando, vide Menoch. de arbit. iud. cas. 186.

10 h. *Vterius quæro.* Adde quomodo probetur prauaricatio Socin. in capit. de his, numero 45. de accusat. Baiaard.

11 *Sed quid si processum.* Adde, quod absolutus in iudicio inquisitionis non potest amplius molestari per viam accusationis, etiam si intentetur noua qualitas delicti, nisi probetur collusio in causa inquisitionis, vel nisi offensus accusans ignoret causam inquisitionis. Bald. consilio 192. volumine tertio, & consilio 430. formata volumine quinto, & Crau. in consil. 321. Federicus de Vgho. in fine, & ibi dicitur etiam quod sit inquisitus fuerit relaxatus cum cautione de se representando, non poterit inquietari, nisi nouis superuenientibus indicijs.

Item adde, quod ista conclusio quinque modis limitatur per Socinum in capitulo de his, numer. trigessimoseptimo, & quadragesimo quinto de accusat. & ibi numero 38. habetur etiam de absoluto

13 per viam præscriptio- nis, quia fuit præscriptum de potestate cognoscendi de crimine, & an amplius possit cognosci, & quid si confiteretur se deliquisse, an posset condemnari, & ibi numer. 19. quid de ab-

14 soluto per baptismum.

Item adde, quod si aliquis sponte confessus fuerit delictum, & iudex de facto eum absoluerit, non poterit vi illius confessionis amplius condemnari.

15 Boer. decis. 289. numero octauo, & Roland. consilio 31. numero 23. volumine 3. vbi dicitur etiam sententia fuisse contra sententiam, quando fuit declaratum omnia agitata coram illo iudice, tanquam incompetenti, coram quo fuerat facta confessio, esse nulla, & illa iudex irritauit, & annullauit, & quod dicta confessio sic reuocata nullo modo confitentis nocere potest, nec ad torturam.

16 Item adde, quod absolutus de nouo poterit inquiri, si inquisitio solenniter non fuerit facta, & datis copijs parti, & termino ad faciendum defensiones, & po-

stea sententia absolutus, sed solum exantimatis Testibus pro informatione iudicis ex abrupto ad absolutionem deuentum fuerit, ita tradit Paulus de Castro in consilio trecentesimo quadragesimo octauo, norandum numero primo, circa medium, volumine primo.

17 Item adde, quod si Officialis, qui est in fine officij, vult parti gratificari, vel implere crumena, & non ritè procedendo, profert sententiam absolutoriam, vel cancellat inquisitionem processus, hoc facere non potest, nec valet in præiudicium reipublicæ, & partis, ac successoris, non seruando debitum ordinem, vt per Paris in Tractatu de syndicato, in uerbo pena, §. iuxta prædicta, columna secunda in fine, cum concordant. ibi, quem refert & sequitur Ioannes Antonius de Nigris super capitulum quadragessimum incip. Item si que vniuersitates, numero sexto, de except. rei ind. Baiaard.

K. Citata fuisse ad subministrandum. Adde prædicam citandi partem offensam ad subministrandum indicia, supra quæst. 1. vers. sed quid est conuerso ad fin. quæstion. 48. in princ. quæst. 1. uers. ulterius quæro, ubi dixi, circa princ. Drogh.

18 *Habet etiam locum.* pecuniaria facta cum officiali Episcopi per clericum de adulterio, non præiudicat ipsi Episcopo, quominus possit iterum cognoscere, & legitime criminofum punire, ita Paulus de Castro, in consilio 348. per totum uolumine primo. Baiaard.

19 *Qui haberet potestatem dispensandi.* Adde infra quæstion. 59. uersiculo & hæc ad finem. Drogh.

20 *Scias tamen.* Adde, quod aliter esset, si locus delicti, & locus originis essent sub eodem Fisco, & eodem mansupio; quia tunc gratia prodesse, ut per Vulpellum in consilio quadragesimo sexto, numero decimo, & Dominum Prosp. Farnacium Quæstion. criminal. quæstione septima numero uigessimosexto. Baiaard.

21 *In loco originis.* Absolutus ergo a loco delicti non dicitur absolutus a loco originis, quod intelligitur, in quan-

quantum sit respectu iuris communis, vt est supr. q. 38. in princ. infra q. 85. uers. Tertius est casus. Drogh.

22 *Nunquid poterit.* Vide Amad. de Ponte in tit. quis sit iudex in causa feudi, nu. 24. Ros.

20 *Si quidem fuit punitus.* Adde, quod licet debita pœna condemnatus amplius molestari non possit, tanquam delicto conuictus; tamen si prouisum non fuerit super eius natura, quo ad complices, cum ex processu liqueret delictum patratum fuisse cum socijs, poterit modo preses prouincie ipsum torquere, solum ad sciendum socios, ne ipsi impune pertranseant, & de eorum scelere glorientur, cum Reipublicæ interfit delicta puniri, licitatio §. quod illicitè, ff. de publica, et ira tradit Carauit. in rit. 269. numero 23.

21 Item adde, quod condemnatus de vulnere poterit condemnari de morte, quia non erat beneficium, nisi occasione vulneris esset facta executio, & hoc quando mutatur titulus criminis, sed additur qualitas, an primo absolutus ratione addita qualitatis possit iterum accusari, vel fuit condemnatus, an iterato sit condemnandus, vide Specul. in titulo de accusat. uersiculo omnis accusator, vide etiam Angelum de Vbal. in repe. l. i. uacantia. C. de bon. uacant. libro decimo, numero centesimo trigessimoseptimo, ubi dicit, quod si quis de simpliciter vulneri fuit accusatus, condemnatus, & punitus, quod iterato poterit accusari, vt pœna augeretur, ratione qualitatis omittæ, hoc est, ratione cicatricis, nisi ille, qui de vulnere accusauit, dolose cicatricem omittat, & hoc idem tenent Bartolus, & Doctores, in l. Senatus, ff. de accusatio. Lancelott. in tractatu de attent. part. 2. cap. 12. l. i. numero decimo, & Bero. in consil. 196. numero 36. uolum. 3. idem Angel. in d. l. i. uacantia, numero 134. ponit an iudex inquirens, si punit extra ordinem inquisitum, cum non possit eum punire pœna ordinaria, an per talem punitionem tollatur pœna ordinaria: Et circa istam quæstionem, an condemnatus post sententiam diffinitiuam iterum possit accusari, & condemnari de eodem delicto, si in prima accusatione omittæ fuerit aliqua qualitas, quæ aggravet delictum, Clari Sent. Pract. Crim.

& augeat pœnam, & si ante, vel post executionem primæ sententiæ, vide omnino Gomelium de delictis, capitulo primo, numero uigessimoseptimo, ubi tenet indistinctè, quod condemnatus ratione omittæ qualitatis amplius molestari non possit, siue prima sententia sit executioni demandata, siue non, & de hoc etiam habetur per Alciaium in capitulo perniciolam, num. 118. de offic. ordin.

Item adde, si in accusatione aliqua qualitas omittæ fuerit, & reus fuerit condemnatus pecuniariter, ubi propter qualitatem debet condemnari corporaliter, denuo propter illam qualitatem poterit accusari, & pecunia restituetur, & pœna corporali punietur, secundum Bartolum in l. Sen. tus, ff. de accusat. & Paul. de Castro in consilio 348. numero primo, circa med. Volum. 1.

23 Item adde, quod Fiscus poterit appellare a minoritate pœnæ. Grammat. decisione 14. numero secundo.

24 Item adde, quod pro limitatione regulæ, quod quis pro eodem delicto, bis puniri debet, vt si quis uti contumax passus fuerit pro eodem delicto condemnari in duobus locis, poterit cogi ad solvendum utramque condemnationem, nisi ante secundam sententiam iam soluerit condemnationem primæ sententiæ, Bartol. in l. sepulchri uiolati, in fin. ff. de sepulch. uiol. & Boff. in tit. de for. compet. nume. 82. cum sequenti, ubi late hanc quæstionem tractauit, & idè uide eum, & omnino Carauit. in tit. 205. numero decimo. Baiaard.

25 *Qualitas delicti.* Adde infra quæst. 68. uersico. Custos carcerum ad fin. Drogh.

26 *Adhuc tamen dicendum est.* Adde, quod idem tenet Boerius in decisione 289. ubi hæc quæstionem plenè tractauit. Baiaard.

27 *Quod tamen intellige.* Baldus consilio 292. libro tertio, & ibi Rouescal. Ros.

28 *Quod tamen intellige.* Adde uidentem Carauit. in ritu ducentesimo sexagesimonono, numero 22. ubi late ex quibus præsumitur fraus, & collusio facta inter inquisitum, & iudicem, quo casu Præses Prouincie, siue iudex maior iterum de causa cognoscere possit. Baiaard.